

Fridericus cardinalis, archiepiscopus Gnes-
nensis et episcopus Cracoviensis, Joani-
ni Conopatski canonico Culmensi pro-
visori castri Marienburgensis.

Venerabilis in Christo nobis dilecte. Opus
erat sub his temporibus impensis liberioribus
in castro faciendis, pro meliori conservatio-
ne eiusdem, itaque volumus et mandamus
tibi, ministres omnia capitaneo prout cer-
pisti, quæ enim aut superflua, aut sumptu-
osa nimis et supervacanea videbuntur, sever-
nissimus dominus noster rex futurus, qui
iam favente Domino eligetur cito, et mode-
rari, et ad bonum ac debitum ordinem
reducere poterit, ita prout necessitas expo-
scet, tu verò interim sis diligens in tuo
officio, de aliis rebus si quæ necessaria for-
rent, plenam à nobis informationem acce-
pturus. Datum 1501.

108

1. in die...

1501

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

1501

1501